e-codices

redacti. Et mundus inquit totus in maligno
positus est. Nam sic beatus ambrosius ait. Omnes
homines sub peccato nascimur. quorum
ipse ortus in uitio est. Et frustra nititur pe
lagius affirmare. quod paruuli recens edi
ti non opus habeant gratia baptismatis renas
ci. Quia tam mundi nascantur ab omni sorde
peccati. quam fuit mundus in paradyso
conditus adam. Nullam scilicet ex illo tra
hentes originalis culpe maculam. In nul
lo existentes rei. donec propria sponte
peccare incipiant. Et scimus quoniam filius
dei uenit. & dedit nobis sensum ut cognosca
mus uerum deum. & simus in uero filio eius.
Quid enim aptius his uerbis quid dulcius. quid
ad usum omnes hereses fortius potuit dici.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20291 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20291)